UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Cap. 18. De captiuitate Troiæ. Iulius Africanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

Caput 17.
De Nabuchonoſor.

ANno tertio Ioachim Nabuchodonoſor rex Babyloniæ Iudæam capit & in ditionem ſuam redactis plurimis Iudęorum, cum etiam partem vaſorũ templi inuaſit, & tributarium feciſſe Ioachim fertur, victor ad patriam reuertitur. Iſrahel (quando Roma cõdita fuit) Azarias: & Manaim principabat an: X. poſtea Vaceas annis X.

Cap. 18.
De captiuitate Troiæ.

ANno decimo à captiuitate Troiæ vſq; ad Olympiadem primã an: CCCCV. Primã Olympiadem AFRICANVS temporib[9] Ioatham regis Hebræorũ fuiſſe ſcripſit. Poſt c Vagea in Iudæa prophetabat annis nouẽ. Tunc a Sanacherib Iſraëlitæ in captiuitatem ducti ſunt. d Memorauimus ſub e Arifrone rege Aſſyriorum regnum deſtructum. Sardanapalus eo tempore Tarſum atq; Ancealem condidit, & in prælio victus ab Arbace Medo ſemet incendio concremauit. Primus, vt ſupra memorauimus, rex Macedonum Caſanus regnauit annis XVIII. Ægyptij regem ſuum Oſorton Herculem nominauerũt. Phidon Argiuus menſuras & pondera primus inuenit.

Iulius Africanus.
c. al. Vazea.
d. ſupra c. 14.
e al. Afrone.

Macedonum Philippus regnauit annis XXXVIII. Numa Pompilius duos menſes ad annum cõdidit, Ianuarium & Februarium; cum antehac menſes decem tantum apud Romanos fuiſſent. Capitolium quoq; à fundamẽtis ædificauit. Sibylla Samia quæ & Herophila, in Samo inſignis habetur. Numa Pompilius nullum cum finitimis bellum geſſit. Olda mulier apud Hebræos prophetabat. Poſtea Sophonias, Hieremias annis XXXII. Poſt quem Ioachim an: XI. Poſt quem Sedechias XI.